ioseph ab arimathia et nichodemus necnon et centurio confidens. et omnis
turba eorum qui percutientes pectora sua xpistum plangendo reuertebantur. Altare
namque crux xpisti accipitur. Queritur etiam cur euangelio lecto ueniens subdi-
aconus ferat in brachio sinistro cum in dextro calicem. et desuper corporale. Ad
facile patet si xpisti ministerium animaduertimus. Ipse namque subdiaconus in sinistro
brachio calicem fert significans presens breuemque tempus esse cruciatus partium diuersum
quem bibit calicem xpistus in passione quia in sinistra presens intelligitur uita. Cooperta
eo autem corpore et sanguine xpisti per diaconos subdiaconi stant quia apostolorum doc-
trinam et exempla nouit eos qui in conuentione corporis eius tribuit perstiterunt. per consolationem
sustinuisse. Cum angelicus hymnus cantatur ante cantum speciale. Quamobrem scriptu-
rarum et sanctorum patrum est primum gloria laudesque deo referre. deinde orationibus insistere.
Sex enim sunt crucis ordines. in legis iiii. primus ubi dicitur. Et benedicat haec dona haec
munera haec sancta sacrificia illibata. propter legem iudeorum naturalem. idem quod tibi non uis
alii ne facias. que fuit ab adam usque ad moysen. Cuius ipsius tempus sancti patres non uide-
rent cum xpisti cruciatum tamen carnis pro eius amore tulerunt. Secundus quippe est
ubi dicitur quam oblationem tu deus in omnibus quesumus benedictam et reliqua. ob legem per moysen datam.
Sub ipsa enim sancti patres ob xpisti desiderium eius cruciatum tolerauerunt. Tertius namque
ipsius ordo ubi narratur. Et accipiens panem in sanctas ac uenerabiles manus suas propter
prophetarum preconia qui fuerant a samuele propheta usque ad zachariam eiusque filium iohannem
Iohannem unius manibus eum acceptabat. Deinceps uero sequitur quartus. ubi subinfertur. hostiam sanctam
hostiam immaculatam. propter euangelium. quod xpistus tempore suo uita euangelizauit
qua ipsi sub duabus cruciatum xpisti ferentes sanctis eius corpus adunauerunt. Quintus namque
perficitur ubi dicitur per quem haec omnia domine semper bona creas. gentilium populum tangens qui
xpisti corporis cum unitate eius cruciatum perpessi sunt. Sextus quidem ordo sequitur quando per-
fertur per ipsum et cum ipso. et in ipso est propter plenitudinem iusticie finem gentium et omnis
israhel saluus erit. Qui complentes simul xpisti corporis maxime xpisti crucem. hoc est
cruciatum patientes. Senarius enim numerus partibus suis computatur. primus perfectus
sine altero. Quinque ordines crucis [illegible] ante sextum quo [illegible] oblata calicem
tangitur. quibus sancti patres usque ad xpisti aduentum. Sextus quippe ordo sextam [illegible]
[illegible] xpisti aduentu usque ad finem seculi. Quod autem diaconus calicem cum [illegible] tenens
[illegible] cum pontifice ponit in altare significat ioseph xpisti corpus de-